

Herbipolitana Pallas excepit,
SOCIETAS JESU adoptavit,
Sicilia prope educavit,
Romaperfecit;

Nunc reducem Eoo-Juliana Vniversitas
Audit & miratur

NATURÆ ET ARTIS CONSULTUM;
Et gaudet, ex tantillo olim, tanto cum fænore
Tantum sibi redditum.

Qui,
Quod mirere,
Dum docet, dum exercet

M A G I A M;

Sine dolo decipit, sine impostura imponit;

Quia ars naturæ limites non egreditur.

Sub hoc Mathematicæ Republicæ

ENCYCLOPÆDEUTA,

Pro lubitu suo ars & natura
Ludit & illudit.

Jocose illudentem primo specta.

Ereccce, oculi, dum vident, videre se non vident.

Quis porro fidat?

Verum cui sensuum saepius, quam oculis,

Vel sola natura illudit?

Quid fiat, si cum natura ars colludat?

Vnde jam pingit sine colore in trigonis;

Jam multiplicat sine labore in Polyëdris;

Sine fuco deformem colorat in formosam;

Formosam sine atrore deformat;

Quam prius Helenam pinxit,

Sine errore tibi velut Tisiphonem exhibet;

Næ melius litem quam Paris diremisset,

Venerem inter & Palladem.

Hanc ducem sequere,

Et quæ